

Alte Drucke

**M. T. CICERONIS || EPISTOLÆ AD || COMPLVRES SCRIPTÆ, ||
QVAS VVLGO FAMILIARES || APPELLARVNT, || EDITÆ || DE
SENTENTIA || IOACHIMI CAMERARII || ...**

Cicero, Marcus Tullius

Lipsiae, 1578

VD16 ZV 31063

M. CAELLII EPISTOLARVM, LIBER AD M. TVLLIVM CICERONEM OCTAVVS.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149712

scire verecundior me in loquendo facis. Mihi enim iudicatum est, si modo hoc Caesar aut patietur, aut volet, deponere illam iam personam, in qua me sepe illi ipsi probavi, ac me totum in literas abdere, tecumque & cum ceteris earum studiosis, honestissimo ocio perfrui. Tu vellem, me veritus esses, ne perimitus legerem tuas literas, si mihi, (quemadmodum scribis) longiores forte misisses: ac velim posthac sic tuas, tuas mihi literas longissimas quasq. gratissimas fore. Vale. *Sc. g. g. r. d. r. u. u. e. l.*

[b] M. CÆLII EPISTOLA. III.

RVM, LIBER AD M. TVL-
LIVM CICERONEM,
OCTAVVS.

CÆLIVS M. CICERONI,

135

S. D.

QUOD TIBI DECEDENTI pollicitus sum, me omnes res urbanas diligentissime tibi perscripturum: data opera paravi, qui sic omnia persequeretur, ut verear, ne tibi arguta nimium hac sedulitas videatur: tamen si tu, scio quam sis curiosus, & quam omnibus peregrinantibus gratum sit, minimarum quoque rerum, quæ domi gerantur, fieri certiores. Tamen in hoc te deprecor, ne meum hoc officium arrogantia condemnes, quod hunc laborem alteri relegavi: non quia mihi suavisimum sit, & occupato, & ad literas scribendas, ut tu nosti, pigerim, tua memorie dare operam. Sed ipsum volumen, quod tibi misi, facile, ut ego arbitror, me excusat.

Nescio

Nescio cuius officij esset, nō modo perscribere hac, sed
 omnino animaduvertere. Omnia enim sunt ibi senatus-
 consulta, edicta, fabulae, rumores: quod exemplum si
 forte minus te delectarit, ne molestiam tibi cum im-
 pensa mea exhibeam, fac me certiores. Si quid in
 Repub. maius actū erit, quod isti operari minus com-
 mode persequi possint: & quemadmodum actum sit,
 & quae existimatio consecuta, neq; de eo spes, dili-
 genter tibi perscribemus. Vt nunc est, nulla magno-
 pere expectatio est. Nam & illi rumores de comitijs
 Transpadanorum Cumarum tenus caluerunt. Romā
 cum venissem, ne tenuissimam [a] quidem auditi-
 onem de ea re accepi. Præterea Marcellus quidem ad-
 huc mihi retulit de successione prouinciarum Gallia-
 rum: & in Calend. Iun. ut mihi ipse dixit, eam di-
 stulit relationem: sane quam eos sermones expressit,
 qui de eo tum fuerant, cum Roma nos essemus. Tu si
 Pompeium, ut volebas, ostendisti, qui tibi visus sit, &
 quam orationem habuerit tecum, quamq; ostenderit
 voluntatem, (solet enim aliud sentire & loqui: neq;
 tantum valere ingenio ut non appareat, quid cupiat)
 fac mihi perscribas. Quod ad Caesarem attinet, crebri
 & nō belli de eo rumores, sed susurrationses duntaxat
 veniunt: alius equitem perdidisse, quod opinor certe
 factum, alius septimam legionem vapulasse: ipsum
 apud Bellouacos circumfederali, interclusum ab reli-
 quo exercitu: neq; adhuc certū quicquam est, neq;
 hac incerta tamen vulgo iactantur: sed inter paucos,
 quos tu nosti plane, secreto narrantur, at Dositius,
 cum manus ad os apposuit: Te ad IX. Calend. Iun.
 subrostrari (quod illorum capiti sit) dissiparam peris-
 se, ita ut in vrbe ac foro toto maximus rumor fuerit,
 te

Hyppocr
 12

impetus residerunt, non inertia, sed (vt mihi videbatur) consilio. De comitijs consularibus incertissima est existimatio. Ego incidi in competitorem nobilem, & ignobilem egentem. Nam M. Octanius C. filius, & Cn. Hirrus mecum petit. Hoc ideo scripsi, quod scio te acriter propter Hurrum, nuncium nostrorum comitorum expectaturum. Tu tamen simul ac me designauit audieris; vt tibi cura sit, quod ad Pantheras attinet, rogo. Syngrapham Sittianam tibi commendo.

113. [a] Commentarium rerum vrbicarum primum dedi L. Castrinio Peto, secundum ei, qui has literas tibi reddet. Vale. *Tab. velle*

C. IULI C. CICERONIS S. D. 137

EST NE? VICI³ ET TIBI

sape, quod negaras discedens curaturum, literas mitto? est, siquidem perferuntur, quas do. Atq; hoc eo diligentius factito, quod cum ociosus sum, plane vbi delectem ociolum meum, non habeo. Tu cum Roma eras, hoc mihi certum ac iucundissimum vacanti negocium erat, tecum id ocij tempus consumere: idq; non mediocriter desidero: vt non modo mihi solus esse, sed Roma, te profecto, solitudo videatur facta: & qui (que mea negligentia est) multos saepe dies ad te, cum hic eras, non accedebam, nunc quotidie non esse te, ad quem cursitem, dixerunt. Maxime vero, vt te dies noctesq; queram, compeditor Hurrus curat. Quomodo illum putes auguratus tuum compeditorem dolere, & dissimulare me certiore, quam se candidatum? de quo, vt quem optas quamprimum nuncium accipias, tua medijs fidius magis, quam mea causa cupio. Nam me, si sio, forsitan cum locupletiore referam

referam: sed hoc vsq; eo suauē est, quod si acciderit, tota vita risus nobis deesse non poterit. Sed tanti? Sed est mehercule. Nec multum M. Octavius eorum odia, quae Hirrum premunt, quae permulta sunt, subleuat. Quod ad Philotimi liberti officium, & bona Milonis attinet, dedimus operam, ut & Philotimus quam honestissime Miloni absenti, eiusq; necessarijs satisfaceret, & secundum eius fidem & sedulitatem existimatio tua conseruaretur. [b] Illud nunc à te peto, si eris (ut spero) ociosus, aliquid ad nos, ut intelligamus nos tibi curae esse, συνταγμα, conscribas. Qui tibi istuc, inquis, in mentem venit homini non inepto? aliquid ex tam multis tuis monumentis extare, quod nostra amicitiae memoriam posteris quoq; prodat, velim cuiusmodi puto queris. Tu aptius, qui omnem nostri disciplinam, quod maxime conueniat, excogitabis: ex eo tamen genere, quod & ad nos pertineat, & Didactarum quandam, ut versetur inter manus, habeat. Vale. *Pl. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*

138 CÆLIVS CICERONI S. D.

INVIDEO TIBI, QUOD TAM multa quotidie, quae mirere, istuc perferuntur. Primum illud, absolutum Messalam: deinde eundem condemnatum: C. Marcellum consulem factum. M. Claudium à repulsa postulatū à Gallis duobus: P. Dolabellam quindecimvrum factum. Hoc tibi non inuideo, caruisse te pulcherrimo spectaculo: & Lentuli Suræ repulsi vultum non vidisse. At qua spe? quam certa opinione descenderat? quam ipso diffidente Dolabella? & Hercules, nisi nostri equites acutius vidissent, penē concedente aduersario superasset.

set. illud te non arbitror miratum, Seruium Tribun. pleb. designatum, condemnatum, cuius locum C. Curio petijt: sane quam incuit multis, qui eum facilitatemq, eius non norunt, magnum metum. Sed, vt spero, & volo, & vt se fert ipse, bonos & senatum mallet: totus, vt nunc est, hic scaturit. Huius autem voluntatis, initium & causa est, quod eum non medio-

114. critur Caesar, qui solet infirmorum hominum [a] amicitias sibi qualibet impensa adiungere, valde contempsit. Qua in re mihi videtur illud perquam venuste cecidisse: quod a reliquis quog, vsq, eo est animaduersum, vt Curio, qui mihi consilio facit, ratione & insidijs vsus videretur in euitandis eorum consilijs, qui se intenderant aduersarios in eius tribunatum: Lelios & Antonios, & id genus valentis dico. Has ego tibi literas eo maiore nisi interuallo, quod comitorum dilationes occupatiorem me habebant, & expectare indies exitum cogeant, vt confectis omnibus, te facerem certiorē. Ad Calend. Sextileis vsq, expectaui. Pratorijs mora quaedam inciderunt. Mea porro comitia, quem euentum sint habitura, nescio: opinionem quidem, quod ad Hirrum attinet, incredibilem Aed. pleb. comitijs nacta sunt. Nam M. Caelum Vicinianum mentio illa fatua, quam diriseramus olim, & promulgatio de dictatore subito deiecit, & deiectum magno clamore insecuta. Inde Hirrum cuncti ad non faciendum flagitare. Spero te celeriter, & de nouis quod sperasti, & de illo quod vix sperare ausus es, auditurum. De Rep. iam noui quicquam expectare desieramus. Sed cum senatus habitus esset ad Apollinis, ad XI. Calend. Sextil. & referretur de stipendio Cn. Pompeij, mentio facta est de legione

legione ea, quam expensam tulit C. Casari Pompe-
ius, quo numero esset, quo appeteretur, cum ex Gal-
lia coactus esset dicere Pompeius, te legionem addi-
turum, sed non statim sub mentionem & conuiuium
obtrektorum. Inde interrogatus de successione C.
Casaris: de quo, hoc est, de prouincijs, placuit est,
vt cum primum ad urbem reuerteretur Cn. Pompeius
[b] coram eo de successione prouinciarum ageretur. 114
Nam Ariminum ad exercitum Pompeius erat iturus,
& statim puto Idib. Sextileis de ea re factum iri:
profecto aut transigetur aliquid, aut turpiter interce-
detur. Nam in disputando coniecit illam vocem Cn.
Pompeius, Omnes oportere senatus dicto audientis
esse. Ego tamen sic nihil expecto, quomodo Paulum
consulem designatum primum sententiam dicentem.
Sapius te admoneo de syngrapha Sitiana: cupio enim
te intelligere, eam rem ad me valde pertinere. Idem
de Pantheris, vt Cibratas accersas, curesq; mihi vt
reuantur. Præterea nuntiātū nobis, & pro certo iam
habetur, regem Alexandrinum mortuum: quid mihi
suadeas, quomodo regnum illud se habeat, qui procu-
ret diligenter mihi perscribas. Calend. Sext. Vale.

139 CÆLIUS CICERONI S. D.

QVA TV CVRA SIS, QVOD
ad pacem prouincia tua. finitimarumq; regionum at-
tinet, nescio: ego quidem vehementer animi pendeo.
Nam si hoc more moderari possemus, vt pro viribus
copiarum tuarum belli quoz; existeret magnitudo,
& quantum glorie triumphoz; opus esset, asseque-
remur, periculosam & grauem illam dimicationem
euitare-

euitaremus : nihil tam esset optandum. Nunc si Par-
 thus mouet aliquid , scio non mediocre fore conten-
 tionem : tuus porro exercitus vix vnum saltum tueri
 potest. Hanc autem nemo ducit rationem : sed omnia
 desiderantur ab eo (tanquam nihil denegatum sit ei ,
 quo minus paratissimus esset) qui publico negotio præ-
 115. positus est. Accedit huc [a] quod successionem futu-
 ram propter Galliarum controuersiam non video.
 Tametsi hac de re puto te constitutum , quid facturum
 esses , habere : tamen quo maturus constitueres , cum
 hunc euentum prouidebam , visum est , ut te facerem
 certiorum. Nosti enim hac tralatitia : de Gallijs con-
 stituitur : erit , qui intercedat : deinde alius existet , qui
 nisi libere liceat de omnibus prouincijs decernere se-
 natui , reliquas impediatur , sic multum ac diu ludetur ,
 atq. ita diu , ut plus biennium in his tricis moretur. Si
 quid noui de Repub. quod tibi scriberem , haberem :
 usus essem mea consuetudine , ut diligenter , & quid
 actum esset , & quid ex eo futurum sperarem , per scri-
 berem. Sane tanquam in quadam silice iam omnia
 adhaeserunt. Marcellus idem illud de prouincijs vrget ,
 sed neq. adhuc frequentem senatum efficere potuit.
 Quod si hoc anno præterito Curio Trib. & eadē actio
 de prouincijs introierit : quam facile tunc sit omnia
 impedire , & quam hoc Caesari , & ijs , qui suam caus-
 sam , non Remp. curent , suppetat , non te fallit. Vale.

CÆLIVS CICERO S. D. 140

40

NON DVBITO , QVIN PER-
 latum ad te sit , Appium à Dolabella reum factum ,
 sane quam non ea , quam existimaueram inuidia.

Neg.

Neg, enim stulte Appius: qui simul atq, Dolabella ac-
 cessit ad tribunal, introierat in urbem, triumpho po-
 stulationem abiecerat. Quo facto retulit sermones,
 paratiorq, visus est, quam sperauerat accusator. Is
nunc in te maximam spem habet. Scio tibi eum non
 esse odio, quam velis eum [b] obligare, in tua ma-
 nu est: cum quo similitates si tibi non fuissent, liberum
 tibi de tota re esset. Nunc si ad illam summam fene-
 ritatem legitimam ius exegeris: cauendum tibi erit,
 ne parum simpliciter & candide posuisse inimicitias
 videaris. In hanc partem porro tutum tibi erit, si
 quid volueris, gratificari: nemo enim necessitudine
 & amicitia te deterritum ab officio diceret. Illud mihi
 occurrit, quod inter postulationem & nominis dela-
 tionem, uxor a Dolabella discessit. Quid mihi disce-
 dens mandaris, memini: quid ego tibi scripserim, te
 non arbitror oblitum. Non est iam tempus plura
narrandi. Vnum illud monere te possum: si res tibi
 non displicebit, tum hoc tempore nihil de tua vo-
 luntate ostendas, & expectes quemadmodum exeat
 ex hac causa. Deniq, inuidiosum tibi sit, si emana-
 rit. Porro significatio vlla si intercesserit clarus
 quam deceat aut expediat, fiat. neg, illa tacere
 eam rem poterit, quae sua spectet tam opportuna accide-
 rit: quaeq, in negotio consiciendo tanta illustrior erit:
 cum praesertim, is sit, qui se pernitiosum sciret esse loqui
 de hac re, vix tamen se contineret. Pompeius di-
 citur valde pro Appio laborare, ut etiam putent alter-
 utrum de filiis ad te missurum. Hic nos eum omnes
 absoluiamus, ut hercule confecta omnia, foeda & inbo-
 nesta sunt. Consules autem habemus summa diligen-
 tia: adhuc S. C. nisi de feriis Latinis nullum facere
 potu.

potuerunt. Curioni nostro tribunatus congelat. Sed dici non potest, quomodo hic omnia iaceant: Nisi ego cum tabernarijs et aquarijs pugnarem, Veterinus civitatem occupasset. Si Parthi vos nihil calefaciunt, nos hic frigore frigesamus. Tamen quoque modo hic omnia iaceant, [a] potuit sine Parthis. Bibulus in Amano nescio quid cohorticularum amisit. Hoc sic nunciatum est. Quod tibi supra scripsi, Curionem frigere, iam calet, nam ferventissime concerpitur, bellissime enim, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum. & pro Cesare loqui cepit, legemq; Viariam non dissimilem Agrariae Rullii, & alimentariam, quas iubet aediles metiri, iactavit: hoc nondum fecerat, cum priorem epistola partem scripsi. Amabo te, si quid quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam. De Dolabella integrum tibi reserves, suadeo: & huic rei, de qua loquor, & dignitati tuae, equitatisq; opinioni hoc ita facere expedit. Turpe tibi erit Pantherarum greges me non habere. Vale.

CÆLIVS CICERONI S. D. 141

41
QVAM CITO TV ISTHINC
decedere cupias, nescio: ego quidem eo magis, quo adhuc felicius rem gessisti. Dum istic eris, de belli Parthici periculo cruciabor, ne hunc risum meum metus aliqui perturbent. Breuiores has literas propteranti publicanorum tabellario subito dedi, tuo liberto pluribus verbis scriptas pridie dederam. Res autem noua nulle sane acciderunt, nisi hac vis tibi scribi, quae certe vis. Cornificius adolescens Orestille filiam sibi despondit. Paulo Valeria soror Triarij diuortium

Q

sine

sine caussa, quo die vir è provincia venturus erat, fecit: Nuptura est D. Bruto, nondum retulerat. Multa in hoc genere incredibilia te absente acciderunt. Seruius Ocella nemini persuasisset, se mœchum [b] esse, nisi triduo bis deprehensus esset. Queres vbi? vbi hercule ego minime vellem, relinquo tibi, quod ab alijs quæras: neq; enim displicet mihi Imperatorem singulos percontari, cum qua sit aliquis deprehensus. Vale.

CÆLIUS CICERONI

142

S. D.

42

ETSI DE RE PV. QVAE TI-

bi scribam, habeo: tamen nihil, quo magis gauisurum te putem, habeo, quam hoc: Scito C. Sempronium Rufum, mel ac delicias tuas, calumniâ maximo plausu tulisse, quod is in caussa M. Tuccium accusatorem suum post ludos Romanos reum lege Plotia de viscecit, hoc consilio, quod videbat, si extraordinarius nemo reus accessisset, sibi hoc anno causam esse dicendam. Dubium porro illi non erat, quid futurum esset. Nemini hoc deferre munusculum maluit, quam suo accusatori. Itaq; sine vilo subscriptore descendit, & Tuccium reum fecit. At ego, simul atq; audini, inuocatus ad subsellia rei accurro: surgo, neq; verbum de re facio. Totum Sempronium vsq; eo perago, vt Nestorium quoq; interponam, & illam fabulam narrem, quemadmodum tibi pro beneficio dederit, si quid in iniurijs suis esset, quo Nestorius teneretur. Hæc quoq; magna nunc contentio forum tenet. M. Seruilius, postquam, vt cæperat, omnibus in rebus turbarat, nec, quod non venderet, quicquam reliquerat,

maxi-

maxima nobis traditus erat inuidia : neq; Laterensi
 pratore postulante Pausania nobis patronos, quo ea
 pecunia peruenisset, recipere voluit. Quod Pilius
 necessarius Attici nostri de repetundis eū postulauit :
 17. magna illico fama [a] surrexit, & de damnatione
 seruenter loqui est capium. Quo vento proicitur
 Appius minor, ut indicet pecuniam ex bonis pater-
 nis peruenisse ad Seruiliū, prauaricationisq; causa
 dicere depositum H. S. LXXXI. Admiraris
 amentiam. quid si actiones stultissimas? quid si ne-
 farias de patre confessiones audisses? Mittit in con-
 siliū eisdem illos, qui litem aestimant, indices.
 Cum a quo numero sententiæ fuissent, Laterensis le-
 ges ignorans pronunciauit, quid singuli ordines iudi-
 cassent: & ad extremum, ut solet, ait, referam.
 Postquam discessit, & pro absoluto Seruilius haberi
 ceptus, legisq; vnum & centesimum caput legit, in
 quo ita erit: QVOD EORVM IVDI-
 CVM MAIOR PARS IUDICARIT,
 ID IVS RATVM ESTO: in tabulas ab-
 solutum non retulit, ordinum iudicia perscripsit, po-
 stulante rursus Appio, cum Luceio Lollio transegit,
 & se relaturum dixit. Sic nunc neq; absolutus neq;
 damnatus Seruilius de repetundis saucius Pyllo trade-
 tur. Nam de diuinatione Appius, cum calumniam iu-
 rasset, contendere ausus non est, Pylloq; cessit: & ipse
 de pecunijs repetundis à Seruilijs est postulatus, &
 præterea de vi reus à quodam suo emissario Tuccio
 est factus: recte hoc par habet. Quod ad Rempubli-
 cam pertinet, omnino multis dieb. expectatione Gal-
 liarum actum nihil est. Aliquando tamen sepe re re-
 lata & grauitè acta, & plane perspecta Cn. Pompeij

voluntate in eam partem, ut eum decedere post Calendas Martias placere, senatusconsultum, quod tibi misi, factum est, autoritateq; per scripta. S. C. autoritas. Pridie Calendas Octobris in aede Apollinis scribendo affuerunt, Lucius Domitius Cnei filius, [b] Aenobarbus, Quintus Metellus, quinti filius, Pius Scipio, L. Iulius Lucij filius, P. Annalis, Caius Septimius Titi filius, Quirina, Caius Lucius Caij filius, Puphirius, Caius Scribonius, Caij filius, Publius Curio, Lucius Atteius L. filius, A. N. Capito, M. Oppius M. F. Terentiana. Vale.

QVOD MARCVS MARCELLVS consul, V. F. de provincijs consularibus D. E. R. I. C. vii C. Paulus, Caius Marcellus consules, cum magistratum inissent, ad Calend. Martias, quæ in suo magistratu futura essent, de consularibus provincijs ad senatum referrent, neue quid prius ex Calend. Mart. ad senatum referrent, neue quid coniunctim de ea re referretur a cõsulibus, utiq; eius rei causa per dies comitiales senatum haberent, S. Q. C. facerent. & cum de eate ad senatum referretur a COSS. eorum, qui in CCC. iudicijs essent, sed adducere liceret. Si quid de eate ad populum Plebemue opus esset, ut Ser. Sulpitius, M. Marcell. COSS. Prætores, Tribuniq; pleb. quibus eorum videretur ad pop. plebemue referrent: quod ij nõ tulissent, uti quicunq; deinceps essent, ad populum plebemue referrent. S. C. A. P. Cal. Octob. in aede Apollinis scribendo affuerunt, L. Domitius Cn. F. Aenobarbus,

118 bus, Q. Metellus Q. F. Pius Scipios, L. Iulius L. filius, Pub. Annalis. C. Septimius, C. filius, Quirina, C. Scribonius, C. filius Pub. Curio, L. Atteius, L. filius, A. N. C. apito, M. Oppius, M. filius, Terentiana. Quod M. Marcell. COSS. V. F. de prouincijs D. E. R. I. C. senatum existimare, neminem eorum, qui potestatem habent intercedendi, [a] impediendi, moram asserre oportere, quo minus de Repub. quam primum ad Senatum referri, senatusq; consultum fieri possit, qui impedierit, eum senatum existimare contra Rempub. fecisse. Si quis huic senatusconsulto intercesserit, Senatui placere, autoritatem perscribi, & de ea re ad senatum populumq; referri. Huic senatusconsulto intercessit C. Calius, L. Vicinius, P. Cornelius, C. Iulius Pansa. Item senatui placere autoritatem perscribi de militibus, qui in exercitu C. Caesaris sunt: qui eorum stipendia, merita, causas, quibus de causis missi fieri debeant, habeant, ad hunc ordinem referre, ut eorum ratio habeatur, causasq; cognoscantur. Si quis huic senatusconsulto intercesserit, senatui placere autoritatem perscribi, & de ea re ad hunc ordinem referri. Huic senatusconsulto intercessit C. Calius, C. Pansa trib. pleb. Itemq; senatui placere in Ciliciam prouinciam, & in octo reliquis prouincijs, quas pratorij pro pratore obtinerent, eos qui pratores fuerunt, neq; in prouincia cum imperio fuerant, quos eorum ex senatusconsulto cum imperio in prouincias pro pratore mitti oporteret eos sortito in prouincias mitti placere, si ex eo numero, quos S. C. in prouincias ire oporteret, ad numerum non essent, qui in eas prouincias profiscerentur: tum uti quodq; collegium primu pratorum fuisset, neq; in prouincijs profecti essent,

ita forte in prouincias profisciscerentur : si ad numerum ij non essent , tunc deinceps proximi cuiusq; collegij qui praetores fuissent , [b] neq; in prouincias profecti essent , in sortem conijcerentur , quoad is numerus effectus esset , quem ad numerum in prouincias mitti oporteret . Si quis huic S. C. intercessisset , auctoritas perscriberetur . Huic S. C. intercessit C. Ca- lius , C. Pansa trib. pleb. Illa praterea C. Pompeij sunt animaduersa , quae maxime confidentiam attulerunt hominibus , vt diceret , se ante Calendas Mart. non posse sine iniuria de prouincijs Caesaris statuere : post Calen. Mart. se non dubitaturum . Cum interrogaretur , si qui tum intercederent , dixit hoc nihil interesse , vtu Caesar senatusdicto audiens futurus non esset , an pareret , qui senatum secernere non pateretur . Quid si , inquit alius , & consul esse , & exercitum habere volet ? At ille , quam clementer ? Quod si filius meus fustem mihi impingere volet ? His vocibus , vt existimarent homines Pompeio cum Caesare esse negotium , effecit . Itaq; iam , vt video , alterutram ad conditionem descendere vult Caesar , aut vt maneat , neq; hoc anno sui ratio habeatur : aut si designari poterit , decedat . Curio se contra eum totum parat : quid assequi possit , nescio , illud video , bene sentientem , & si nihil effecerit , cadere non posse . Me tractat liberaliter Curio & mihi de suo munere negotium imposuit . Nam si mihi non dedisset eas , quae ad ludos ei aduecta erant Aphricana , potuit supersederi . Nunc quando dare necesse est , velim tibi cura sit , quod a te semper petij , vt aliquid istinc bestiaru habeamus . Sitianamq; syngropham tibi commendo . Libertum Philonem istuc misit , & Diogenem Gracum , [a] quibus mandata & lre-

ras ad te dedi: eos tibi ad rem, de qua misi, velim
cure habeas, non quam vehementer ad te pertineat,
in ijs, quas tibi illi reddent, literis descripsi. Vale.

CÆLIUS CICERONI

144

S. D.

44

SIC TV, INQVIS, HIRRV M
tractasti? imo scias, quam facile, quam ne contenti-
onis quidem minima fuerit, pudeat te, ausum illum
vnuquam esse incedere tanquam tuum competitorem.
Post repulsam vero risus facit: ciuem bonum ludit,
& contra Casarem sententias dicit: expectationem
corripit: Curionem prorsus non mediocriter obiur-
gatus, hac repulsa se mutauit. Præterea qui nun-
quam in foro apparuerit, non multum in iudicijs ver-
satus sit, agit causas liberaliter, sed raro post me-
ridiem. De prouincijs quod tibi scripseram Idibus
Sextilibus actum iri, interpellat iudicium Marcelli
consulis designati. In Calend. reiecta causa est: ne
frequentiam quidem efficere potuerant. Has literas
ad IIII. Non. Septemb. dedi, cum ad eam diem ne
promulgatum quidem quicquam esset. Vt video, caus-
sa hac integra in proximum annum transferetur: &
quantum diuino, relinquendus tibi erit, qui prouin-
ciam obtineat. Nam non expeditur successio, quan-
do Gallia, quæ habent intercessorem in eandem con-
ditionem, quam cetera prouinciæ vocantur. Hoc
mibi non est dubium, quo tibi magis scripsi, ut ad hunc
euentum te pares. Ferè literis omnibus tibi de Pan-
theris scripsi: turpe tibi erit Pathischum Curioni de-
cem Pantheras misisse, te non multis partibus plu-
reis:

Q 4

reis:

reis : quas ipsas Curio mihi, & alias Africanas [b]¹¹ decem donauit, ne putes illum tantum pradia rustica dare scire. Tu, si modo memoria tenueris, & Cibre-
tas accesseras, itemq; in Pamphiliam literas miseris (nam ibi plureis capti aiunt) quod voles efficies. Hoc vehementius laboro nunc, quod seorsum a collega pu-
to mihi omnia paranda, amabo te, impera tibi: hoc cura. Soles libenter, vt ego maiorem partem, nihil curare. In hoc negotio nulla tua, nisi loquendi cura est, hoc est, imperandi & mandandi. Nam simul atq; erunt capte, qui alant eas & deportent, habes eos, quos ad Sitianam syngrapham misi, puto etiam, si vllam spem mihi literis ostenderis, me isto missurum alios. Marcum Fetidium equitem Romanum amici mei filium, bonum & strenuum adolescentem, qui ad suum negocium istuc venit, tibi commendo: & te rogo, vt eum in tuorum numero habeas. Agros fructuarios habent ciuitates, vult tuo beneficio, quod tibi facile & honestum factu est, immunes esse: gratos & bonos viros tibi obligaris. Noli te putare Fa-
uonium a columnarijs perterritum esse: optimus quisq; eos nihil fecit. Pompeius tuus aperte Casarem vetat prouinciam tenere cum exercitu, & consulem esse: tamen hanc sententiam dixit, nullum hoc tem-
pore senatusconsultum faciendum. Scipio hanc, vt Calend. Martijs de prouincijs Gallijs, neu quid con-
iunctim referretur. Contristauit hac sententia Bal-
bium Cornelium: & scio eum conquestum esse cum
Scipione, Canidius in defensione sua fuit discretissimus,
in accusatione satis frigidus. Vale.

[a] M. CÆLIVS M. CICERONI

145

S. D.

Sane

Cassij & Deiotari sumus commoti. Nam Cassius cis Euphratem copias Parthorum esse scripsit: Deiotarus profectus per Comagenem, in prouinciam nostram: Ego quidem precipuum metum, quod ad te attinebat, habui, qui scirem, quam paratus ab exercitu esses, ne quod hic tumultus dignitati tue periculum asferret. Nam de vita si paratior ab exercitu esses, timuisssem: nunc exiguitas copiarum recessum, non dimicationem mihi tuam præsagiebat. Hæc quomodo acciperent homines, quam probabilis necessitas futura esset, vereor etiam nunc: neq. prius desinam formidare, quam tetigisse te Italiam audiero. Sed de Parthorum transitu, nuncij varios sermones excitant. Alius enim Pompeium mittendum, alius ab vrbe non remouendum, alius Casarem cum suo exercitu, alius consules, nemo tamen ex Senatusconsulto priuatos. Consules autem, quia verentur, ne illud senatusconsultum fiat, vt paludati exeant, & contumeliose, præter eos ad alium res transferatur, omnino senatum haberi volunt: vsq. eo, vt parum diligentes in Repub. videantur. Sed honeste siue negligentia, siue inertia est: siue ille, quem proposui, metus lateat sub hac temperantia existimatione, nolle prouinciam. A te literæ non venerunt: & nisi Deiotari subsecutæ essent, in eam opinionem Cassius venerat, quæ diripisset ipse, vt viderentur ab hoste vastata finxisse bellum, & Arabas in prouinciam immisisse, eosq. Parthos esse, Senatui renunciaasse. Quare tibi suadeo, quicunq. [b] est istic status rerum, diligenter & caute perscribas, ne aut velificatus alicui dicaris, aut aliquid, quod referret scire, reticuisse. Nunc exitus

est anni: nam ego has literas ad XIII. Calend.
Decemb. scripsi. Plane nihil video ante Cal. Ianuar.
agi posse. Nosti Marcellum, quam tardus & parum
efficax sit: Itemq; Seruius quam cunctator. Cuius-
modi putas hoc esse? aut qui id? quod nolint, consi-
cere posse, qui quæ cupiunt, tamen ita frigide agunt,
vt nolle existimentur: nouis magistratibus autem, si
Parthicum bellum erit, hac causa primos menses oc-
cupabit. Sin autem non erit istic bellum, aut tantum
erit, vt vos, aut successores paruis additis copijs sustine-
re possint: Curionem video se dupliciter iactaturum:
primum, vt aliquid Cesari adimat: Inde, vt aliquid
Pompeio tribuat, quoduis, quamlibet tenue munus-
culum. Paulus porro non humane de provincia loquitur,
huius cupiditati occursurus est Furinus noster:
plureis suspicari non possum, hac noui. Alia quæ possunt
accidere, non cerno: multa tempus asferre, & præpa-
rata multa scio: sed intra fines hos, quæcunq; accide-
rint, vertentur. Illud addo ad actiones Cn. Curionis de
agro Campano: de quo negant Cesarem laborare, sed
Pompeium valde nolle, ne vacuus aduenienti Cesari
pateat. Quod ad tuum decessum attinet, illud tibi non
possum polliceri, me curaturum, vt tibi succedatur:
Illud certo præstabo, ne quid amplius prorogetur. Tui
consilij est, si tempus, si senatus coget, si honeste a no-
bis recusari non potuerit, velisne perseverare: mei of-
ficij est, meminisse, quæ obtestatione decedens mihi,
ne paterer fieri, mandaris. Vale.

[a] M. CÆLIVS M. CICERO. 121.
146 NI S. D.

Non

NON DIV, SED ACRITER
 nos tue supplicationes torserunt. Incideramus enim
 in difficilem nodum. Nam Curio tui cupidissimus, cui
 omnibus rationibus comitiales eripiebantur, negabat
 se villo modo pati posse decerni supplicationes, ne si
 quid furore Pauli ademtum esset boni, sua culpa vi-
 deretur amisisse, & prevaricator causæ publicæ exi-
 stimaretur. Itaq; ad pactionem descendimus, & con-
 firmarunt consules, se his supplicationibus in hunc an-
 num non vsuros, plane quod virisq; Consulibus gratias
 agas, est, Paulo magis certa. Nam Marcellus sic re-
 spondit ei, spem in istis supplicationib. nō habere. Pau-
 lus, se omnino in hunc annum non edicturum. Renun-
 ciatum nobis erat, Hirrum diutius dicturum: pren-
 dimus eum: non modo non fecit, sed cum de hostibus
 ageretur, & posset rem impedire, si, vt numerarentur,
 postularet, tacuit. Tantum Catoni assensus est, qui
 de te iam locutus honorifice, non decreuerat suppli-
 cationes. Tertius ad hos Fauonius accessit. Quare
 pro cuiusq; natura & instituto gratia sunt agenda:
 his quod tantum voluntatem ostenderunt: pro sen-
 tentia, cum impedire possent, non pugnarunt: Cu-
 rioni vero, quod de suarum actionum cursu tua causæ
 deflexit. Nam Furnius & Lentulus, vt debuerunt,
 quasi eorum res esset, vna nobiscum circumierunt &
 laborarunt. Balbi quoq; Corneli operam & seduli-
 tatem laudare possum. Nam cum Curione vehe-
 menter locutus est: & eum si aliter fuisset, iniuriam
 Casari facturum dixit: tum eius fidem in suspicionem
 adduci. [b] Nec deerant quidem, qui id nunquam
 transigi volebant, Domitij. Scipiones: quibus hac re
 ad intercessionem euocandam interpellantibus, venu-
 stissime.

stissime Curio respondit, sed eo libentius nō intercede
re, quod quosdā, qui decernerent, videret cōfici nolle.
Quod ad Rempub. attinet, in vnā causam omnis con-
tentio coniecta est, de prouincijs inquam adhuc. Incu-
buisse cum Senatu Pompeius videtur, vt Caesar ante
Idus Nouem. decedat. Curio omnia potius subire con-
stituit, quā id pari: ceteras suas abiecit actiones. No-
stri porro, quos tu bene nosti, ad extremum certam en-
rem deducere non audent. Scena rei totius hac: Pom-
peius tanquam Casarem non impugnet, sed, quod ille
equum putet, constituat, ait Curionem querere discor-
dias. Valde autem non vult, & plane timet Casarem
consulem designari prius, quam exercitum et prouin-
ciam tradiderit. Accipitur satis male à Curione, et to-
tus eius secundus consulatus exagitur. Hoc tibi dico:
omnibus rebus prement Curionē, Caesar defendetur:
intercessorē si (quod videntur) reformidabunt, Caesar,
quoad volet, manebit. Quam quisq; sententiā dixerit,
in commentario est rerum vrbaniarum: è quo tu quae
digna sunt, selige: multa transi, imprimis ludorum ex-
plosiones & funerum, & ceterarum ineptiarum: plu-
ra habet vtilia. Deniq; malo in hanc partē errare, vt
quae non desideres, audias, quam quicquā, quod opus
est, praetermittatur. Tibi cura fuisse de Sitiano nego-
cio, gaudeo. Sed quando suspicaris minus certa fide
eos tibi visos, nunquā procurator sic agas, rogo. Vale.

[a] CÆLIUS CICERONI

147

S. D.

49
PVDET ME TIBI CONFITE-
ri & queri de Appij hominis ingratisimi iniurijs, qui
me

me odisse, quia magna mihi debebat beneficia, cœpit:
 & cum homo avarus, vt ea solueret, sibi imperare
 non posset, occultum bellum mihi indixit: ita occul-
 tum tamen, vt multi mihi renunciarent, & ipse sa-
 cile animaduerterem, male eum de me cogitare,
 Posteaquam vero comperi eum collegium tentasse,
 deinde aperte cum quibusdam locutum, cum I. Do-
 mitio (vt nunc est) mihi inimicissimo homine delibe-
 rare, velle hoc munusculum deferre. Cn. Pompeio
 tum ipsum reprehendente: vt ab eo deprecarer iniu-
 riam, quem vitam mihi debere putarem, impetrare à
 me non potuit. quid ergo est? Tum quidem cum ali-
 quot amicis, qui testes erant meorum in illum me-
 ritorum, locutus sum. Posteaquam illum neg, ijs sa-
 tisfacere, neg, animum me dignum habere sensi: ma-
 lui collega eius, homini alienissimo mihi, & propter
 amicitiam tuam non aequissimo, me obligare, quam
 illius simia vultum subire. Id postquam rescijt ex-
 canduit, & me causam inimicitarum querere cla-
 mitauit: quasi, quod mihi in pecunia minus satisfac-
 cisset, per hanc speciem similitatis eum consecraret.
 Postea non destitit accessere palam Seruium accusa-
 torem, inire cum Domitio consilia: quibus cum parum
 procederet, & vlla lege mihi poneret accusatorem,
 compellari ea lege me voluerunt, qua dicere non po-
 terant, insolentissimi homines summis Circensib, lu-
 dis meis postulandum me lege Scantinia curant. Vix
 hoc erat pralocutus, cum ego [b] Appium censorem
 eadem lege postulauit. Quod melius caderet, nihil
 vidi. Nam sic est à populo, & non infimo quoz ap-
 probatum, vt maiorem Appio dolorem fama, quam
 postulatio attulerit. Præterea cœpi sacellum, in do-
 mo

122. hoc erat pralocutus, cum ego [b] Appium censorem
 eadem lege postulauit. Quod melius caderet, nihil
 vidi. Nam sic est à populo, & non infimo quoz ap-
 probatum, vt maiorem Appio dolorem fama, quam
 postulatio attulerit. Præterea cœpi sacellum, in do-
 mo

mo quod est, ab eo petere. Conturbat me mora ser-
ui huius, qui tibi literas attulit. Nam acceptis priori-
 bus literis, amplius quadraginta dies mansit. Quid
 tibi scribam, nescio. Scis Domitio diem timori esse.
 Expecto te valde, & quamprimum videre cupio. A
 te peto, ut meas iniurias perinde doleas, ut me existi-
 mas & dolere & vlisci tuas solere. Vale.

148 CÆLIUS CICERONI S. D.

48
 GRATVLO^r TIBI AFFINI-
 tati viri medijsfidijs optimi, Nam hoc ego de illo ex-
 istimo. Catera porro, quibus adhuc ille sibi parum vti-
 lis fuit, & etate iam sunt decursa, & consuetudine
 atq; autoritate tua, & pudore Tullie, si qua resta-
 bunt, confido celeriter sublatum iri. Non est enim pu-
 gnax in vicijis, neq; hebes ad id, quod melius sit, intelli-
 gendum. Deinde (quod maximum est) ego illum val-
 de amo. Vides Cicero, Curionem nostrum lautum in-
 tercessionis de prouincijs exitum habuisse. Nam cum
 de intercessione referretur, qua relatio fiebat ex Se-
 natusconsulto, primaq; M. Marcelli sententia pro-
 nunciata esset, qui agendum cum tribunis plebis cen-
 sebat, frequens senatus in alia omnia iit. Stomacho est
scilicet Pompeius Magnus nunc ita languenti, ut vix
id quod sibi placeat, reperiat. Transierant illuc, ut nec
 ratio esset eius habenda, qui neq; exercitum, [a] neq; ¹²³
 prouincias tradere vellet. Quemadmodum hoc Pom-
 peius laturus sit, cum cognoscat, quid nam Reipublica
 futurum sit, si aut non possit, aut non curet, vos senes
 diuites videritis. O. Hortensius, cum has literas scrip-
 sisset, animam agebat. Vale.

Cælius

TANTI NON FUIT ARSACEN

capere, Seleuciam expugnare, ut earum rerum, quæ hic gesta sunt, spectaculo careres, nunquam tibi oculi doluissent, si in repulsa Domitij vultum vidisses, magna illa comitia fuerunt, & plane studia ex partium sensu apparuerunt, perpauci necessitudinem secuti, officium præstiterunt. Itaq; mihi est Domitius inimicissimus, ut ne familiarem quidem suum, quem nosti, tam oderit, quam me, atq; eo magis, quod per iniuriam sibi putat ereptum, cuius ego autor fuerim. Nunc fuit tum gauisus homines suum dolorem, unumq; me studiosiorem Antoni. Nam Cn. Saturnium adolescentem ipse Cn. Domitius reum fecit, sane quam superiore vita inuidiosum, quod iudicium nunc in expectatione est, etiam in bona spe, post Sexti Peducei absolutionem. De summa Repub. sepe tibi scripsi, me etiamnum pacem non videre: & quo propius contentio, quam fieri necesse est, accedit, eo clarius id periculum apparet. Propositum hoc est, de quo, qui rerum potiuntur, sunt dimicaturi: quod Cn. Pompeius constituit non pati C. Casarem consulem aliter fieri, nisi exercitum & provinciam tradiderit: Casari autem persuasum est, se saluum esse non posse, si ab exercitu [b] recesserit. Per illam tamen conditionem, ut ambo exercitus tradant. Sic illi iam amores, & inuidiosa coniunctio, non ad occultam recidit obreitationem, sed ad bellum erumpit: neq; mearum rerum quid consilij capiam, reperio: neque dubito, quin te quoque hac deliberatio sit perturbatura. Nam mihi cum homi-

hominibus his & gratia est & necessitudo: tamen tantum causam illam, non homines odi. Illud te non arbitror fugere, **QVIN HOMINES** in dissensione domestica debeant, quamdiu ciuilitate sine armis certetur, honestiorem sequi partem: vbi ad bellum & castra ventum sit, firmiorem: & id melius statuere, quod tutius sit. In hac discordia video Cn. Pompeium, Senatum: quique res iudicant, secum habiturum: ad Caesarem omneis, qui cum timore aut mala spe uiuant, accessuros, exercitum conferendum non esse omnino, satis spacij sit ad considerandas utriusque copias, & ad eligendam partem tutiorem. Prope oblitus sum, quod maxime fuit scribendum. Scis Appium censorem hic ostenta facere de signis, & tabulis, de agri modo, de aere alieno acerrime agere. Persuasum est ei, censuram lomentum aut vitrum esse, errare mihi videtur. Nam sordes eluere volens, venas sibi omneis & viscera aperit. Curre per deos atque homines, & quamprimum hac risum veni, legis Scantimiae iudicium apud Drusum fieri: Appium de tabulis & signis agere: crede mihi, est properandum. Curio noster sapienter id, quod remisit de stipendio Pompeij fecisse existimatur. Ad summam, quaeris quid putem futurum? Si alteruter eorum ad Particum bellum non eat, video magnas impendere discordias: quas ferrum & vis iudicabit: utrumque & [a] animo & copijs est paratus. Si sine tuo periculo fieri posset, magnum & iucundum tibi fortuna spectaculum parabit. Vale.

CÆLIUS CICERONI

150

S. D.

Ecquam-

30
 ECQUANDO TV HOMINEM
 ineptiorem, quam tuū Cn. Pompeium vidisti, qui tan-
 tas turbas, qui tam nugax esset, commōrit? Ecquam
 autem Cesare nostro acriorem in rebus gerendis: eo-
 dem in victoria temperatiore aut legisti aut audisti?
 Quid est? nunc tibi nostri milites, qui durissimis et
 frigidissimis locis deterrima hyeme bellū ambulando
 confecerunt, malis orbiculatis esse pasti videntur? quid
 iam inquis gloriosum, imo si scias, quam sollicitus sim,
 tum hanc meam gloriam, quæ ad me nihil pertinet,
 derideas: quæ tibi exponere, nisi coram non possum,
 idq; celeriter fore spero. Nam me cum expulisset ex
 Italia, Pompeium constituit ad urbem vocare, idq;
 iam existimo confectum, nisi maluit Pompeium Brun-
 dusij circumfedere. Peream si minima causa est pro-
 perandi isto, nisi quod te videre, & omnia intima con-
 ferre discipulo: habeo autem quam multa. Hui vereor
 (quod solet fieri) ne cum te videro, omnia obliuiscar.
 Sed tamen quoddam ob scelus iter mihi necessarium
 retro ad alpes versus incidit, ideoq; quod Intemelij in
 armis sunt, neq; de magna causa. Bellienus verna De-
 metrij, qui ibi cum praesidio erat Domitium quendam
 nobilem illic Caesaris hospitem à contraria factione
 nummis acceptis comprehendit & strangulauit: ciui-
 tas ad arma iit: eo nunc cum quatuor cohortibus mihi
 114. per nives eundum [b] est. Vsq; quaq; inquis, se Domi-
 tij male habent. Vellem quidem vernā propugnaturus
 tantum animi habuisset in vestro Dominio, quantum
 ipse catenandus in hoc habuit. Ciceroni F.S.D. Vale.

CALIVS CICERONI S. D. ISI

R

Exani-

EXANIMATVS SVM TVIS LI-
 teris, quibus te nihil nisi triste cogitare ostendisti, neg-
 id quid esset, perscripsisti. Non enim quale esset, quod
 cogitares, aperuisti. Has ilico ad te literas scripsi. Per
 fortunas tuas Cicero, per liberos te oro & obsecro, ne
quid grauius de salute & incolumitate tua consulas.
 Nam deos, hominesq; amicitiam nostram testificor, me
 neg, temere tibi praedixisse, neg, temere monuisse: sed
 postquam Casarem conuenerim, sententiamq; eius
 qualis futura esset, parua victoria, cognouerim, te
 certiore fecisse. Si existimas eandem rationem fore
 Casari in dimittendis aduersarijs, & conditionibus
 ferendis, erras. Nihil nisi atrox & saeuum cogitat,
atq; etiam loquitur. Iratus senatui exijt: his intercel-
 sionibus plane incitatus est: non erit deprecationi lo-
cus. Quare si tibi tu, si filius vnicus, si domus, si spes
 tuae reliquae tibi care sunt: si aliquid apud te nos, si vir
 optimus gener tuus valet, eorum fortunas non debes
 velle conturbare, vt eam causam, in cuius victoria sa-
 lus nostra est, aut odisse, aut relinquere cogamur, aut
 impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus.
 Deniq; illud cogita, quid offensa fuerit in ista cuncta-
 tione te prius subiisse: nunc te contra victoriam face-
 re, quem dubijs rebus ledere noluisti, & ad eos [a] 11
 fugatos accedere, quos resistentes sequi nolueris;
summa stulticia est. Vide ne dum pudet te parum
 optimatem esse, parum diligenter, quid optimum sit,
 eligas. Quod si totum tibi persuadere non possum, sal-
 tem dum quid de Hispanijs agamus, sciatur, expecta:
 quae tibi nuncio aduentu Caesaris fore nostras: Quam
 isti spem habeant, amissis Hispanijs, nescio. Quod por-
 ro tuum consilium sit ad desperatos accedere, non
 medius

medius fidius reperio. Hoc quod tu non dicendo mihi significasti, Caesar audierat, ac simulatq; hac mihi dixit, statim quid de te audisset, exposuit: negavi me scire, sed tamen ab eo peti, ut ad te literas mitteret, quibus maxime ad remanendum commoueri posses. Me secum in Hispaniam ducit. Nam nisi ita faceret, ego prius quam ad urbem accederem, vbi cumq; esses, ad te percurrissem, hoc a te praesens contendissem, atque omni vi te retinuissem. Etiam atq; etiam mihi Cicerone cogita, ne te tuosq; omneis funditus euertas, ne te sciens, prudensq; eo demittas, unde exitum vides nullum. Quod si te aut voces optimatum commouent, aut nonnullorum hominum insolentiam & iactationem ferre non potes: eligas censeo aliquod oppidum vacuum à bello, dum hac decernuntur, qua cum confeceris, & ego te sapienter fecisse indicabo, & Caesarem non offendes. Vale.

CÆLIUS CICERONI S. D. 152

ERGO ME POTIVS PROFICI-
 15. scisci in Hispaniam fuisset, quam Formijs esse, ante-
 quam tu profectus es ad Pompeium? [b] quod uti-
 nam aut non in ista parte Appius Claudius, aut non
 in hac C. Curio fuisset: cuius amicitia me paulatim in
 hanc perditam causam imposuit. Nam mihi sentio bo-
 nam mentem iracundia tumore ablatam. Tum tu por-
 ro, cum ad te proficiscens noctu Ariminum venissem,
 dum mihi pacis mandata das ad Caesarem, & mirifici-
 ciuem agis, amici officium neglexisti, neq; mihi consu-
 luisti. Neq; hac dico, quod dissidam huic causae: sed
 crede mihi: perire satius est, quam hos videre: Quod
 si timor vestrae crudelitatis non esset, eieci iam pridem

R 2

hinc

hinc essemus. Nam hic nunc præter sceneratores paucos, nec homo, nec ordo quisquam est, nisi Pompeianus. Equidem iam effeci, ut maxime plebs, & qui antea noster fuit populus, vester esset. Cur hoc, inquis? imo reliquias expectant. Vos inuidos vincere coegere, irritavi in me Catonem. Vos dormitis, nec hæc adhuc mihi videmini intelligere, quæ nos pateamus, & quæ simus imbecilli. Atq; hoc nullius præmiij species: sed quod apud me plurimum solet valere, doloris atq; indignitatis causa. Quid istic facitis? prælium expectatis, quod firmissimum est? vestras copias non novi, nostri valde depugnare, & facile algere, & esurire consueverunt. Vale.

[a] M. T. C. EPISTOLARVM. 126
IX. LIBER AD M. VARRONEM
ET CÆTEROS.

M. T. C. M. TERENTIO VARRONI S. D.

EX HIS LITERIS, QVAS AT-
 ricus a te missas mihi legit, quid ageres, & ubi
 esses, cognoui: quando autem te visuri essemus, nihil
 sane ex iisdem literis potui suspicari. In spem tamen
 venio appropinquare tuum aduentum, qui mihi vi-
 nam solatio sit: etsi tot, tantisq; rebus vrgemur, ut
 nullam alienationem quisquam non stultissimus spera-
 re debeat, sed tamen aut tu potes me, aut ego te for-
 tasse aliqua re iuuare. Scito enim me, posteaquam in
 urbem venerim, rediisse cum veteribus amicis, id est,
 cum libris nostris, in gratiam: etsi non iccirco eorum
 vsum